

Karl der Große und Bayern

In den Jahren 787/788 verleibt Karl der Große das Herzogtum Bayern seinem Reich ein.

Baioaricum[a] deinde bellum et repente ortum et celeri fine conpletum est. Quod[1] superbia simul ac socordia Tassilonis[b] ducis excitavit; qui hortatu uxoris[c] (quae filia Desiderii[d] regis erat ac patris exilium[e] per maritum ulcisci posse putabat) iuncto[2] foedere[2] cum Hunis[f], qui Baioariis[g] sunt ab oriente contermini, non solum imperata[3] non facere[3], sed bello regem[h] provocare temptabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animositas regis[h] ferre nequiverat[4] ac proinde copiis undique contractis Baioariam[i] petiturus ipse[h] ad Lechum[j] amnem cum magno venit exercitu. Is fluvius Baioarios[g] ab Alamannis[k] dividit. Cuius in ripa castris conlocatis, priusquam provinciam intraret[5], animum[6] ducis[7] per legatos statuit experiri. Sed ille supplex se[8] regi permisit[8]; obsides, qui imperabantur, dedit. Sicque bello, quod quasi maximum futurum videbatur, celerrimus est finis inpositus.

[1] **Quod** (*hier: Akk. n.*): ihn (den Krieg)
[2] **foedus** (foederis *n.*) **iungere**: ein Bündnis schließen
[3] **imperata facere**: die (*von Karl*) befohlenen Dinge zu machen; *besser*: den Befehlen (*Karls*) Folge zu leisten
[4] *Siehe* nequeo!
[5] *Subjekt*: rex (Karl der Große)
[6] **animus**, -i *m.*: Gesinnung
[7] **dux**, ducis *m.*: *hier*: Herzog
[8] **se permittere**: sich ergeben

[a] **Baioaricus**, -a, -um: bayrisch
[b] **Tassilo**, Tassilonis *m.*: Tassilo III., letzter Herzog von Bayern; um 741 bis um 796
[c] Tassilo war mit Liutberga, der Tochter des Desiderius[d], verheiratet.
[d] **Desiderius**, -i *m.*: Desiderius, letzter König der Langobarden (754 . 777), Schwiegervater des Tassilo
[e] **patris exilium**: Karl der Große besiegte Desiderius 774. Dieser verbrachte den Rest seines Lebens in Frankreich in Klosterhaft.
[f] **Huni**, -orum *m. Pl.*: gemeint sind die Awaren, ein Reitervolk aus Zentralasien mit Wohnsitzen in der Pannonischen Tiefebene
[g] **Baioarii**, -orum *m. Pl.*: die Bayern
[h] gemeint ist Karl der Große
[i] **Baioaria**, -ae *f.*: Bayern
[j] **Lechus**, -i *m.*: Lech, Nebenfluss der Donau in Vorarlberg-Tirol-Südbayern
[k] **Alamanni**, -orum *m. Pl.*: die Alamannen, ein westgermanischer Stamm



Tassilo[b] tamen postmodum ad regem evocatus neque redire permissus ‹est› neque provincia[9], quam tenebat, ulterius duci[7], sed comitibus[10] ad regendum commissa est.

[9] **provincia**, -ae *f.*: *hier*: Land
[10] **comes**, cọmitis *m.*: *hier*: Graf

EINHARD, VITA KAROLI MAGNI 11 GEK.; 143 WW.